



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 70. Suprema administratio trium Ordinum militarium in Hispania a Papa
Ferdinando concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1493.

§. LXIX.

Episcopalium Sedium erectio in Granatenſi Regno.

Bullar. l. 4.
p. 230.

Raynald ut
supr. n. 14.

Mense Aprili ejusdem anni summus Pontifex aliud diploma in Hispaniam misit Abulensi Episcopo inscriptum. Huic, postquam Ferdinandus Granatæ regnum recuperaverat, negotium dedit, ut veteres Ecclesias restauraret, ac quatuor Cathedrales constitueret, scilicet Granatensem, quæ Metropolis jure gauderet, Malaginensem, Guidinensem, atque Almierensem, cuilibet harum Diœcесium justa limitum extensione designata.

§. LXX.

Suprema administratio trium Ordinum militarium in Hispania
Ferdinando concessa.

Vid. supr.
Lib. CXVI.
§. 104.

Sub idem tempus Alexander Papa Ferdinandum honorabat supremo Magisterio Ordinum Equestrium, sancti Jacobi, & Alcantaræ; cum eidem jam priori tempore Innocentius ad dies vitæ concesserat Calatravensem Magistratum, qui per mortem Garziæ Pardillæ vacaverat. Præterea anno a partu Virginis millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Alfonso Cardena fatis functo, idem Ferdi-

Ferdinandus magnus S. Jacobi Magister Saccul. XV.
 creatus est, anno vero sequenti, post- A.C. 1493.
 quam supremus Alcantaræ Magister Joa-
 nes Stunica ad Hispalensem Episcopatum
 electus esset, hujus Ordinis administra-
 tio cedebatur Ferdinando, quo defuncto
 Isabella, si forte superstes, ea potiretur.

§. LXXI.

*Christophori Columbi redditus in
Hispaniam.*

Postquam Christophorus Columbus na- Barros dec.
 vigationem suam felici exitu coronas- I. Asia l. 3.
 set, necnon ligneum quoddam propug- c. II.
 naculum ad Cuanalayæ regionis, quæ Surita tom.
 ex Lucaiis insulis una est, litora exstru- 5. l. 1. c. 25.
 xisset, ac triginta octo Hispanis firma-
 set, tandem in Hispaniam reversus est,
 ad portum Palos immensas auri & mer-
 cium, quas ea terra fundit, divitias se-
 cum deferens. Admittitur ad Regis con-
 filium, atque itineris sui relatio cum in-
 genti applausu excipitur. Ubi cum ditif-
 simas hasce Provincias occupandi faci-
 litatem exposuisset, sancitum fuit, ut ad
 illas Christophorus Archithalassi Indi di-
 gnitate auctus mitteretur, eidemque cun-
 cta, quæ peteret, privilegia concede-
 rentur. Hanc in rem diploma ei datum
 fuit die duodevigesimo Maji anno salutis
 millesimo quadragesimo nonagesimo

Mm 5 tertio.